



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

LXIV. Colico, & calculi dolore liberata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

illa magna voce parcat tibi Deus, inquit, somnium abstulisti, quo nullum videram in vita iucundius. Quamuis profsus haudquaquam somnium sit, resquidem vera sum sana, & valeo, lectoque mox surgens, visa, & audita heræ suæ narravit. Segmentum uestis frustra diu alibi requisitum in scrinio, ut Sanctus monuerat repertum. Ex quo licet coniici potuit quis mortem ab ægra morbumque depulisset, multo euidentius cum S. Ignatij obiecta sibi effigiè, illic agnouit eum ipsum esse quem dormiens viderat, fuitque illius cultui dum vixit maximè addicata.

LXIII.

*Transfuga à
Soc. & pœni-
tens. subito
ex peste sa-
natur.*

Ionas quidam Sacerdos Germanus; è Societate, ad Treuirensis Archiepiscopi obsequium transfuga, peste corruptus est, licet eius vitandæ gratia in arcem secessisset: illic vna eius vicem dolente anicula, omni præter illam subfido, & accessu priuatum, subinde vis morbi sibi eripere, subinde reddere obiectareque misero infelicissimum corporis, & animæ statum, cuius virtutibique remedium desperans, manum suomet ingulo violentam intendit; remque peregerat, nisi anicula cultrum insano abstulisset, prohibere tamen non valuit, quin se daret è fenestra præceps in subiectam saxorum congeriem. Ilic graui afflictum, & attritum casu, diuina bonitas, vitæ improbae, mortisque sceleratæ horrore perculit, aususque ad læsum, & desertum patrem oculos tollere, S. Ignatio omni fide promisit, si hoc defungeretur exitio, Romam se pedibus ad Franciscum Borgiam iturum, desertiōnis sacrilegæ exsoluturum pœnas, & repetitum infimis precibus Societatem ex qua profugerat, qua si indignus haberetur, serui saltem perpetui ministerium domi patribus nauaturum. Hanc promissionem cum lacrymis editam consecuta est subita valetudo, cui nec de confacti corporis obtritu, nec de pestilenti, qua necabatur luc quicquam superfuit; pauloque post Romanum cum Francisco Costero, soluturus quod voverat contendit.

LXIV.

*Colico, &
calculi do-
re libera-
ta.*

Elizabetham Calderoniam, colica tormenta, & calculi rabies sic discruciant, ut sepius anima destitueretur, cassisque iam medicaminibus fere malis confecta putabatur. Huic soror, nomine Maria, S. Ignatij imaginem obtulit, suasitque ut eius invocatione plurimum niteretur. Illa; ô beate Pater Ignati! qui tot ac tantis Gandiae splendes, & clares miraculæ, mihi quoque exorabilem te præbe, in te mea omnis spes recumbit. Voueo me si conualuero, altare tuum nouendali prece frequentaturum. Post quæ dicta confessim, dolore omni, quo tunc cruciabatur acerrimo, immunis, noctem totam tranquillè dormiuit, mane absque ullo punctionis sensu inopinato calculum eiecit è renibus, sanaque ac vegeta in templum nostrum venit, actura gratias, votique fidem præstitura.

LXV.

*Hydropica in
spora Man-
resana sanar-
tur.*

Agnes, Ioanne Tibaldo Manresæ nata, anno huius æui tertio, in dolij modum, ut testes loquuntur, hydropæ turgebat. Huius longa per annū & violenta, sed inanis plane curatio medicos adegit ab ea absistere. Fuit qui Matri auctor esset, portandam iuberet in specum S. Ignatij qui se tam facilem in audiendis precibus inuocantium præstaret. Paruit mater, & vicinas quinque sibi